
6
Sch

Bulla san

ctissimi Domini nostri Domini Cle-
mētis Diuina prouidētia Pape. vii.
In qua decernitur ne ullo pacto: aut
quouis quesito colore Spurii succe-
dere possint in beneficiis cuiuscunqz
generis: parentū suorū Sacerdotū.





LEMENS Episcopus Seruus ser
uoꝝ dei, Ad perpetuā rei memoriā,
Ad Canonum Conditorem non est
dubium pertinere, Cum statuta a se
uel predecessoribus suis,ad animaꝝ
Xp̄ifidelium salutem edita,propter
eorū abusum,qui successu temporū malitia homi
num succrescente,magis in dies dignoscitur obes
se,q̄ prodesse,animaduertit ne ulterius obesse ua/
leat,prouidere. Sane postq̄ fe . re. Alexāder Papa
.iii.predecessor noster filios presertim sacerdotum
in ecclesiis paternis succedere prohibuerat , easq̄
nihilominus media intercedente persona filios
ipsos habere disposuerat, cum passim Sacerdotes
ut ecclesiis suis eorum filii potirentur , satagentes
in Alexandri predecessoris huiusmodi dispositiōe
confisi ecclesias suas , quas ad eoꝝ peruenire filios
gestiebant,in fauorem personaꝝ,que ecclesias ip/
sas,etiam illaꝝ possessione nō habita , in ipsoꝝ re/
signantiū filios,ex fornicatiōe genitos , illico mox
resignare,ipsiq̄ filii ecclesias ipsas , dispēsatione su
per defectu natalium , quem ex dictis Sacerdoti/
bus resignantibus geniti , patiebātur, etiam patris
nomine expresso,obtenta,consequi hactenus cō/
sueuerint,profecto perniciosum semper & abho/
minabile ac in grauē diuine Maiestatis offensam
tendere,uidelicet quod ipsi presbiteri eorum cri/
men,quod erat occultum ,nō sine turpitudine ob

inordinatum suprſorum filiorum amorem dete/
gere non erubeſcerent. Iudicauimus propterea q̃
ubi tempus, quod omnia palã facit, & preſentium
ratio quid in futurum cauendum ſit admonet, me
rito admonemur, ut ad tollendum huiuſmodi ab/
uſum neceſſarium arbitrati ſumus eiuſdẽ Alexan
dri predeceſſoris Canonẽ corrigere, potiuſq̃ ta/
lia cum tanto hominũ ſcandalo tolerare. Habita
igitur ſuper hiis cum uenerabilibus fratribus no/
ſtris Sancte Ro. E. Cardinalibus matura delibera
tione de eorum conſilio, & unanimi conſenſu au
ctoritate apoſtolica tenore preſentium ſtatuimus
& ordinauimus quod de cetero filii Presbiterorũ
ex fornicatiõe nati eccl̃ias cathedrales, etiã metro
politañ, ac monaſteria, quibus eorũ patres prefue
rũt, ſeu illa, & illas dignitates, etiã maiores, & prin
cipales perſonatus, adminiſtratiões, & officia, etiã
curata: & electiua, & alia quecũq̃ beneficia eccle
ſiaſtica cũ cura, & ſine cura, ſecularia, & quorũuis
ordinum, regularia, que presbiteri, & clerici, ac re
ligioſi eorum patres in titulum, uel comendã, aut
adminiſtrationem, ſeu, ut aliis perpetuo unita ali/
quando obtinuerũt, nullo unq̃ tempore quoquo
modo obtinere poſſint, nec cum eis ſuper hoc diſ
penſare inten dimus Et ſi quas diſpenſationes per
nos cõcedi contigerit, tanq̃ p preoccupationẽ, &
contra mentem noſtram conceſſas eis nullatenus
ſuffragari, taleſq̃ diſpenſationes noſtris uolumus

exulare temporibus, & quod nobis licere non pa/
timur nostris successoribus indicamus. Nō obstan
te prefati Alexandri predecessoris, & aliis constitu
tionibus, & ordinatiōibus apostolicis, ceterisq̄ cō/
trariis quibuscūq̄ Volumus autem quod presen/
tiū trāsumptis manu alicuius Notarii publici sub/
scriptis, & sigillo alicuius prelati, uel persone in di
gnitate ecclesiastica constitute munitis ea prorsus
fides adhibeatur que p̄sentibus adhiberetur, si es/
sent exhibite, uel ostense, Nulli ergo omnino ho/
minum liceat hanc paginam nostre ordinationis,
statuti, intentionis, indicationis, & uolūtatis infrin
gere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autē
hoc attemptare presumpserit, indignationē om/
nipotētis dei, ac beatorum Petri, & Pauli Aposto/
lorum eius, se nouerit incursurum. Datum Rome
apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis do/
minice Millesimo quingentesimo Trigesimo ter
tio nonas Iunii, Pōtificatus nostri Anno Septimo.

Romæ in Campo Floræ apud Antonium
Bladum de Asula Anno Domini
. M . D . X X X .